

Auctores. Quatuor ergo partes habebit ſiſcus, quomodocumque theſaurus inueniatur: an autem quintam in caſu, de quo loquimur, ex nulla lege habetur: Nam citata ex iure Caſareo, de toto theſauro loquitur, quem quis ſuis in locis inuenit, ut iam vidimus: nec vult inuentorem habere illum; licet ratio decilionis ad partes etiam videatur extendi, ſicut ad inuentorem in locis alienis, ubi potior eſt ratio. Sed cum poenalis ſit, non ita admittitur ab omnibus extenſio: vnde ſententia dicentium leges iſtas non obligare in conſcientia ad reſtitutionem, in Hiſpania praeteritum locum habebunt. Pro Indiis autem, de quibus praecipue agimus...

Aſſertio 3. Quid pro Indiis circa medietatem.

Argumentum à ſimilitudine leuio & infirmum.

P. Azor. d. 1. in fine.

Pro inuentione Theſauri in domo Gentilitia, vulgo Solariega vide Thomam Hurtadum Tract. 8. n. 402. & 403.

Ex gemmis nihil debent, qua videntur eſſe auctoris, quia ſunt primo occupantis.

D. Thomae 2. 2. quaest. 66. artic. 5. ad 2. ubi ita ſcribit: Quaedam ſunt, quae nunquam fuerunt in bonis alienis, ſicut lapilli, & gemmae, quae inueniuntur in littore maris; & talia occupanti conceduntur. Sic ille. Qui licet ſtatim addat eandem rationem eſſe de theſauris; ſubiungit tamen ſic: niſi quod ſecundum leges ciuiles tenetur inuentor dare medietatem domino agri, ſi in alieno agro inuenierit. Haec Doctor ſanctus, ex quibus apparet differentia inter margaritas, lapillos, & theſauros; quia de iſtis leges ſunt, non de illis, pro medietate, aut parte alia Principibus tribuenda; ſi ergo lex etiam pro illis extet, non ita aequitari conſormis ſicut illa, debet reputari. Licet P. Turrianus 2. 2. Tomo 2. Diſp. 42. n. 9. illam prober.

74. Sed eſt quod pro Regibus noſtris faciat, nam illi, cum decimas ſibi à Pontifice conſeſſas in Eccleſias reſtiterunt, decimas margaritarum, & gemmarum ſibi reſeruarunt; vnde conſtat ex Antonio de Herrera in Hiſtoria generali Indiarum Decade 1. Lib. 6. Cap. 19. Ergo ſaltem ex illis decima reddenda pars in foro conſcientiae. Quod verò ex praedictis decima exigi poſſint, conſtat ex dictis num. 46. & quod ad margaritas atinet, ex Cap. Peruenit, de decimis, ubi ſpecialiter exprimitur Piſcaria, margaritas autem piſcatione colligi manifeſtum eſt; vnde in India Orientali celebris ille tractus, in quo illae conquiruntur, Piſcaria dicitur: De lapidibus autem pretioſis eadem eſt ratio, quae de metallis, pro quibus videri poteſt P. Suarez Tomo 1. de Religione Lib. 1. de diuino cultu. Cap. 34. num. 3. & P. Tancredi citato num. adductus.

Pro quinta partis obligatione quid faciat. Vbi quod decima huiusmodi à Regibus reſeruat.

Quae & ex metallis debentur.

Obiectioni ex eo quod quinta & non decima exigatur, ſatis factum.

75. Vbi illud tantum videtur dici poſſe, quod eſt Reges noſtri praedictas decimas ſibi reſeruarunt, id fuit quoad habitum, non quoad actum; id eſt, reſeruaſſe ſibi poteſtatem eas exigendi, de facto autem non conſtare de huiusmodi exactione ex vi privilegij: nam ſi ita eſſet, non quintam partem exigerent, ſed duplo maiorem; & ita cum illam exigant, alio videntur iure uti; & ſic non adeo ſtrictam obligationem incumbere ad illius praestationem. Quae reſponſio negari nequit quin ſuam habeat verſimilitudinem, vnde nequit euidenter impugnari. Nihilominus non videtur credibile ita ſeruo & conſtanter hoc ſibi reſeruaſſe ius, quo tamen nunquam uſi fuerunt vel ipſi, vel eorum poſteri. Praeterea. Non dixerunt ius ſibi reſeruaſſe, ſed decimas: ergo earum exactio in uſu eſt: atqui non alia apparet, niſi dicta, quatenus ſcilicet decimae in quinta parte includuntur; ergo in foro illae conſcientiae debentur.

76. Quia nonnumquam accidit vt intra Indorum cadauera ex veteri ritu pretioſa aliqua inueniantur, Regio eſt reſcripto cautum vt ea Fiſco ſeu Camerae applicentur, inuentoribus dimidia parte deſignata. Quod an in conſcientia obligat dubitari poteſt. Sed certe de illis eadem videtur eſſe ratio, quae de theſauris; quod enim in terra ipſa, aut intra mortuorum corpora, diuitiae aſſeruatae ſunt, minimi diſcriminis eſt ad propoſitum, ſicut ſi in arca, aut extra illam, condita fuiſſent.

De reſcriptis cum cadaueribus eandem ratio quae de theſauris.

77. Circa Salinas in Indiis multa ſunt diſpoſita, dum illae Regio fiſco addicuntur; ſed exitu ſere inutili, & non modico Indorum grauamini.

Pro Salinas quid in Indiis praedictum.

he ſubſeuto: de quo agit Dom. Solorzanus in Politica Lib. 6. Cap. 3. ſtante quidem lege tali, quae tamen Peruuio abrogata eſt, aut ei pro tempore ſuperſedete praecipuum; non deberet peccati mortalis damnari, qui ex ſalinis eam ſalis quantitatem tolleret, quam ad proprium vſum haberet neceſſariam: eſſet enim nimis durum id lege rigida prohiberi, ubi ſalis abundantia eximia copiam ſui facere omnibus videtur indigenis, pro quorum vtilitate à Deo eſt liberali exhibitione tributa: & vt hic aliquid ſpeciale adiciam, dignum equidem quod inter illa recenſeatur, quorum Dom. Solorzanus ſupra luculentam intulit mentionem. Iuxta oppidum Acoſ Cuſcenſis dioceſis, vidi montem altitudinis non exiguae, ex cuius medio cliuo aqua ſalſa abundanter erumpit; quae ad complures tumulos, menſarum inſtar, limpidiſſimis lapidibus ſuperimperitis artiſicioſe deducta, in candidiſſimum breui ſalem efformatur. Et eſt profecto mirabile, ad radices montis fluuium ſatis celebrem, quem Incolae Apuerimus indigitant, dulcis aquae decurrere; vt non appareat quomodo in propinquo monte perennis ille ſalſarum aquarum fluxus conſiſtere poſſit. Hinc ergo Indigenis nefas ſit ſumere, quod vſui neceſſarium habent, aut ex quo lucellum aliquod comparare queant? Aut non liceat omnibus eò accedentibus, quod indigenis ſas eſt, ubi Deus mirabili illa copia, & naturae miraculo, videtur omnes ad vſum cum Auctoris prouidentiffimi laude prouocare?

Mirabile ſalis proſuuium.

C A P V T XI.

De Argento viuo, & quae in illius emolumentis conſcientiae nocumenta poſſint admifceri.

Indorum in eſſentia argenti viui labor quantum ſibi reſeruat officiat, recenti narratione monſtratum.

78. De illo dictum à nobis Titulo 1. Cap. 12. quatenus in ipſius extractione Indi plus videntur grauari, quam iuſtitia, & Chriſtiana caritas patiantur. Et n. quidē 116. narrationem adiecimus, ex qua compertum habetur quam hoc grauumen fidei eorumdem officiat, cui & aliam recentiffima hinc iuuat adnectere, vt appareat quantum oporteat oneris huius lethale impedimentum quanticus, iuxta Regis noſtri pollicitationem piſſimam, amouere. Ante paucos menſes in oppido Totorhuailas Cuſcenſis dioceſis, cuius incolae Huancabelenſis torturae per vices addicuntur; cum viderent perfectionis tempus iam propinquum, ſic agentibus quibusdam, in hunc modum diſcurrerunt. Deus Chriſtianorum parum nobis propitius eſt, qui ab hoc nos grauamine non curat liberare. Ad Huacas ergo noſtros, & propitiora Numina recurremus. Dictum factum. Conuocantur omnes, & vt vnusquisque aliquid ex iis, quae offerre in ſacrificiis ſoliti, afferat, commonentur. Cum ergo ſic fuiſſet animatus deſtinatum, ex indigenis quidam rem deteſtatus, quia fides Chriſtiana in illo firmiores egerat radices, duobus ex Societate noſtra Patribus, qui eò deuenierant, Prouinciam totam per Miſſiones vtiliſſimas obeuntibus, quidquid erat deſtinatum aperuit, vt remedium op-

portuum adhiberet. Quod &, Deo fauente, praestitum, sed non sine ingenti difficultate: adeo illorum corda pro horrore intoleranda moleſtiae longe à fidei caſtris exularant. Et hoc quidem quod in oppido iſto deprehenſum, in alijs accidere grauari iſti deſignatis ſatis eſt verofimile, ubi & ratio eſt eadem, & Indorum in dolos non diuerſa. Videant ergo ij, ad quos maxime ſpectat prouidiſſe, vt de remedio efficaciter adhibendo prouideatur: ni velimus Deum rebus noſtris inſenſiſſimum experiri. Dicat tamen Piſſimus, & Religioſiſſimus Princeps, quod alius Deus Regis Vatis voce Pſalm. 111. verſ. 6. Propter miſeriam inopum & gemmum pauperum, nunc exurgam. Nunc equidem, nunc quoties auditum hoc Num: ſed protenſum adeo, vt Num: aternitatis eſſe videatur. Nec moueat quod de nouo opere, quo labor ſublatus operariis, nimum quantum D. Gaſpar Eſcalona commemorat in Gaſo phylacio Peruaniano Lib. 1. Parte 1. Cap. 14. 44. & 45. Totum enim opus illud ſuo eſt fine fruſtratum, metalli venae praecipua diſparente. Quod tamen nuper repertum eſt, licet minus moleſtiae habeat; habet tamen non leues, & eſt illud de duratione ſuſpectum; vt Scripturae verbis vti liceat. Erat ergo videre miſeriam. 2. Matth. 6. 29.

Pſalm. 111. v. 6.

Parum ille nouo opere tenuatus.

79. Licet autem Minerarum alia inferioris notae Regiae Coronae adjudicata non ſint; quae tamen argenti viui ſunt adeo iudicantur pretioſae, vt poteſt fine quibus auri & argenti copia non ſuppetat, vt cum auriferis & argentariis veniant numerandae. Immo praeter illis aſſimilatio increuit, nam cum aliae priuatis dentur, cum onere quintariae praestationis, & qui eas poſſident, dicantur Minarum domini; hydargyriae in Regia poteſtate retinentur. Et priuatis adminiſtratio ſola committitur, quibus duo onera imponuntur quaſi vluſfructuariis, qui quod colligunt, faciunt ſuum. Primum, vt quincem Regi ſoluant. Secundum, vt quidquid extraxerint, eidem vendant, taxato pretio grauiſſimis poenis impoſitis vendentibus, & ementibus contra Regiam prohibitionem. Vnde ad ſolum Regium ſpectat arbitrium, Supremis Gubernatoribus commiſſum, illud pro diuerſis Minerarum elaborationibus diſpartiri. Nullum autem ex hoc commercio Fiſco ſpeciale emolumentum accreſcit, quia ſicut emitur, ita & venditur, additis comportationis expenſis; quia vnicuique ubi illi eſt opus tribuitur Regiis ſumptibus exportatum. Emolumentum tamen magnum ducitur Minerarios hoc ſingulari & mirabili naturae adminiculo iuuare, vt ſic vberiores theſauri in Regium Fiſcum inducantur.

Minerae praedictae in Regia conſeruantur.

Sed dantur cum duplici onere in adminiſtrationem.

80. Vbi circa Priuatum eſſe difficultas poteſt, quia vt teſtatur Dom. Solorzanus ſupra §. 1. rambien pag. 242. non extat reſcriptum aliquod Regium, quo Minerariis dictis onus quintae ſoluedi impoſitum reperitur, quando Minerarum in Regio dominio conſeruantur, licet extet quando in priuatos dominos transferantur, aut nouis inuentoribus pro tempore aliquo per modum vluſfructus cedunt vt praemium induſtriae, de quo D. Eſcalona in Gaſo phylacio Parte 2. pag. 101. num. 2. Sed ad hoc fieri ſatis poteſt, Primo quia Rex ipſe auctor legis de quinto ſoluedo generaliter ex Mineris iſtis, ſe ſuam legem interpre-

Quintae obligatio vnde fundari queat.

tatus

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

Clarius
eiusdem
fundamen-
tum, ex
contractu.

ratus est, ut etiam ex illis in administrationem datus hoc debeat intelligi; & interpretationem istam vsus ipse confirmat. Deinde Quia cum Mineræ istæ Regis sint, aliquod speciale emolumentum habere debet ex illis: cumque ex commercio emptionis & venditionis nullum habeat, ut diximus; satis est conueniens ut illud ex quinto accepto consequatur. Præterea Ad omnem difficultatem tollendam præcedit contractus sub eâ conditione; cumque de pretij inæqualitate non sit ratio dubitandi, & illud tum quinto, tum ceteris partibus debitâ proportionem respondeat in venditione, nulla videtur in eo iniustitia committi. Quod à Dom. Solorzano scriptis obseruatum, sed debuit amplius explicari. Nam aut quantum absolute debetur, aut non, si primum: ergo non erat necessarium id in contractum deduci. Si autem secundum, & alioqui centilibris (vulgo Quintal) iusto non accipitur pretio, cum pro eâ nihil detur, videtur in eo iniustitiæ labes admisceri. Vt ergo hæc penitus propulserit, dici potest quantum quidem solui ut Regium dominium agnoscat: nec tamen gratis accipi, sed pretio dato; quia scilicet pretium taxatum tale est, ut ad illud possit extendi. Si aliunde consideretur Indos Minerariis ad huiusmodi officium tribui sub moderatâ satis mercedis onere, qui si voluntarij accederent, maius laboris sui pretium reportarent.

Si Ex quo sequitur Minerarios teneri in foro animæ ad contractus impletionem; quia hic non occurrunt rationes illæ, quæ in Mineris alijs, ut possit obligatio solvendi cessare: quandoquidem Mineræ in administrationem dantur, quarum inuentores non sunt administratores ipsi; si enim sint, nullum est discrimen. Hac autem ratione non extante, obligatio eadem resultat ad standum contractui, quæ in priuatorum contractu resisteret: si videlicet Mineræ alicuius esset priuati, & alteri in administrationem traderetur. Est autem contractus inominatus, Do ut des; vel, Do ut facias: aut potius, Do & facio, ut des & facias. Nam & Rex Mineram tradit, & Indos distribuit, suisque designatis temporibus etiam pecunias confert, ut Minerarij possint magno illo in labore progredi; qui ad laborandum, soluendum quantum, & vendendum Regi quidquid extraxerint, obligantur. Sed certè si ex parte Regis pacta non exactè seruentur, obligatio ista minuitur: si videlicet aut Indi defint aut pecuniæ suis non tribuantur temporibus, ut sæpè accidit: vnde cum hæc scribo magna illis summa pecuniæ debetur. Quomodo enim possint illi singulis hebdomadis mercedem Indijs operarijs reddere, si Rex in eâ negandâ perseueret? An sua omnia, & se ipsos vendent, ne mercenarij suo labore frustentur? Si ergo occultè metallum vendant, erit qui condemnet nemo, ex communi Doctorum sensu: quoniam pactum tacitam illam semper habet conditionem. *Modo tu illi stes.* Pro quo P. Molina Dissert. 111. §. Quod verò. Vnde raro in contractibus, qui cum Rege inuentur, Officialium aut impotentia aut culpa, fides integrè seruari potest. Vt enim est apud P. Lessium Lib. 2. Cap. 23. num. 38. §. Secundo, hinc, in contractibus cum Regibus magna sunt pericula, soluant enim

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

Si ex parte
Regis illi
non statur,
cessat obli-
gatio Mi-
nerarij-
rum. Ex
quo illa
tio.

illi quando volunt, & facillè antiquos contractus reuocant, si per eos læsi videantur. Et in hoc quidem graue non est Regij patrimoniij dispendium: cum enim id, quod ex venditione metalli colligitur in Mineræ administratione consumant, plus equidem est quod lucratur Rex, quam id, quod amittit, nimirum quantum administratione cessante perditurus: laturusque molestissimè si Indis laboris pretium retardetur.

82 Circa secundum autem; obligationem scilicet vendendi Regi quidquid extractum fuerit, esse etiam dubitatio potest. Nam contractus emptionis & venditionis debet esse liber, & nemo contrahentium inuitus. *L. Inuitus & L. Nec emere non libera re. C. de contrahenda empr.* Et ita communiter tradunt Scriptores. Non ergo obligatio vendendi Minerarijs imponi potest. Præterquam quod pretium metalli iustum videtur illud, quod est à Rege taxatum, vnde propter illud traditur Minerarijs argentarijs. Tunc ultra. Grauumen illud vendendi necessariò Regi est pretio æstimabile: vnde vendens cum pacto retrò vendendi, minori debet pretio vendere propter grauumen: ut est receptissima doctrina, pro qua videri potest P. Lessius Lib. 2. Cap. 21. Dub. 14. præsertim num. 117. Bonacina Tomo 2. Dissert. 3. de Contractibus Quæst. 2. Puncto 3. num. 2. & 6. & alij citati ab ipso. Ex quo sequitur plus aliquid ultra pretium taxatum esse reddendum, quo scilicet grauumen huiusmodi compenatur.

83 Ad hæc dici potest grauumen venditionis non esse contra leges, quia & lex extat, quæ Regum prerogatiuam in rebus istis edicat. Scilicet *L. 1. C. de Metallarijs*: possunt enim venditores cogere ut sibi vendant iusto pretio quæ necessaria habent, & ita Doctores tradunt, quos adducit Dom. Solorzanus Lib. 5. num. 33. & in Politicâ pag. 942. ad marginem §. La qual condition. Quod si omnia, quæ venditor potest vendere, necessaria habeat, ad omnium potest compellere venditionem: ratio enim quæ pro quibusdam militat, pro omnibus constat militare: & quando publica vtilitas vertitur, compelli posse, ex iure habetur. *L. si locus. §. ultimo. D. Quemadmodum seruantes.* Pro quo Doctores congerit Bonacina supra Puncto 3. numer. 28. Vide etiam P. Fagundez Lib. 5. de Iusticia Cap. 28. & Pater Palaum Dissert. 5. Puncto 19. vbi & exempla adducit, ex quibus nullum ita publicam vtilitatem concernit, ac illud, de quo agimus; cum illa ad totum Christianum orbem extendatur. Vnde Philippus Tertius venerandæ memoriæ Princeps in epistola Ann. 1618. ad Principem Squilacensem Peruvianam Proregem sic post alia: *Os agra dexco el cuydado, que auis pnesto en ello.* (in Minerâ inquam Huancavelicensi) *encaminando y accudiendo el reparo de estas Minas, y os en cargo lo pro si gais, pues saltando ellas, cesarian los labores de los metales de donde resulta la prosperidad y riqueza de estos Reynos, y estos.* Sic ille apud Dom. Solorzanum supra pag. 941. Hinc cum Doctores de inualiditate contractus agunt ob illatam vim, addunt, *Si iniuste inseratur*, ut videri potest apud P. Dicastillum Lib. 2. de Contractibus. Tract. 3. Dissert. 1. Dub. 17. & P. Escobarde Munda Tomo 1. Lib. 10. Cap. 20. Pretium ergo à Rege taxatum haberi debet iustum etiam pro graua-

Venditio
Regi fa-
cienda
quomodo
iustas, si
non libera
quod or-
getur.

Non fieri
satis ex
Regum
prerogati-
ua circa
venditio-
nem.

CAPVT XII.

De bonis vacantibus, & iis, quæ ab intestatis relinquuntur.

§. I.

Quæ circa hoc leges, & qualiter obligent.

85 Vacantia bona, generaliter acceptâ voce, dicuntur, quæ in Hispaniâ *Mojstrenas* & bona quæ sunt illa, quæ aut dominum non habuerunt, aut si habuerunt penitus ignoantur post diligentem inquisitionem: vel etiam si agnoscat, ad illum tamen non pertinent, quia ea penitus dereliquit: ut accidit cum quis in itinere reliquit aliqua, quæ secum ferre non potest ob infortunium aliquod, vel aliâ ex causâ. Et hæc omnia ad Regium Fiscum in Indijs pertinere, ex pluribus Regijs rescriptis habetur, quæ adducit Dom. Solorzanus Lib. 3. Cap. 25. num. 38. & in Politicâ Lib. 6. Cap. 6. Possè autem id iure fieri Auctores communiter dicunt, ex quibus videri possunt Couarruias in *Regula Peccatum, Parte 3. §. 1. vers. De legibus.* Petrus Navarra Lib. 4. Cap. 2. num. 57. Bonacina Tomo 2. Dissert. 1. de Resit. Quæst. 3. Puncto 4. num. 9. & Puncto 5. num. 22. P. Lessius Lib. 2. Cap. 14. n. 3. & 45. P. Rebellus Lib. 2. Quæst. 12. in fine. P. Gaspar Hurtadus Dissert. 2. de Iustitiâ & Iure Difficili. 36. in fine. P. Fragolus Tomo 1. pag. 263. §. Chassanæus: vbi alios adducit. Sed dubitari potest an in conscientia obligent leges dictæ.

In Indijs ad
Regem per-
tinere; &
iure id fieri
potuisse.

Sententia
negantium
leges circa
illa in con-
scientiâ
obligare.

Oppositum
tenentes,
& eorum
fundamen-
tum.

Aliquorū
sententiâ
modus.

grauumine venditionis: ad iustitiam enim in rebus huiusmodi obseruandam maximè illi attenti sunt. Vnde cum ante annos aliquot pretium Quintalis metalli huius esset quadraginta Octi-regalium, ut de suæ gubernationis tempore testatur Dom. Solorzanus citatâ pag. 941. §. Otras muchas; modò ad sexaginta accretuit, quia & expensæ metallariorum excreuerunt. De quibus multa congerit D. Gaspar de Escalona in *Carzophylatio Latino Lib. 1. Cap. 14.* Sed quia illa ad conscientiam negotium non spectant, vel si quidquam in illis tale, alterius est considerationis, de qua inferius iuuante Deo, nihil de illis disferendum.

Monitio
vtilium leges
circa com-
mercium
in hoc ge-
nere in con-
temptum
veniant,
Regijs etiâ
Ministri
annueni-
bus.

Praxis cir-
ca istud.

Guberna-
torum gra-
uata con-
scientia.

84 Illud tamen non grauabor adicere, quod vtiuam momenti sit alicuius, si ad hoc sit qui velit animum remedij cupidum, & pro eodem validum, applicare. Leges seuerissimæ metalli huius commercium inter priuatos prohibentes vim suam omnem, Regijs Officialibus, & Gubernatoribus ipsis auuentibus, amiserunt. Cum enim pecuniæ ex contractu suis temporibus tribuendæ à Rege defint, ut diximus; ipsi Regij Ministri, ne officium cum ingenti boni publici dispendio deficiat, commercio tali conueniunt, non solâ dissimulatione, sed notitiâ auctoritatem ministrante. Afferuntur à Minerarijs Centilibræ metalli viginti. E. g. Regijs prompaueris inferendæ. Rogat tunc Gubernator, Officialibus adstantibus, quot ex illis suo sint nomine recipiendæ? Et respondet Minerarijs, quatuor: alia enim ad alios pertinent, quibus ab ipso vendita: & quia eorum nomine inferri nequeant, quia ex Minerariorum gremio non sunt, offeruntur aliquorum ex gremio nomina, & sic receptio consummat. Cum etiam contingat ut Minerarij pecunias non habeant ad vrgendum opus, & subsidium hebdomadarium Indijs tribuendum, Ministri prædicti intercessores accedunt, ut mercatores pecunias tribuant, metallum minori pro tertâ parte pretio certis temporibus accepturi. Quæ quidem iure se facere existimant, & obsequium in eo præstare Regi, quia aliâ opus momenti tanti minimè progredietur. Ad hunc ergo Regiarum legum contemptum violario Fidei debita contractui compellit. Vbi quidem Gubernatorum conscientia non potest non nimoperè grauari, si possint, diligentia adhibita, pecuniarum exhibitione succurrere: nam ex eo fit & Regium Fiscum metalli huius Quinto, dum distrahitur occultè, fraudari, & Minerarios magnam facere bonorum iacturam, dum metallum vendere pretio minori coguntur, & aliquando summo emere, ut creditoribus tradant tempore præstituto; quia proprio carent; aut in pecuniâ soluere. De cuius contractus justificatione agendum alibi. Vide Titulo 9. cap. 5.

86 Circa quod sunt qui negent dicentes eum, qui aliquid inuenit, teneri illud tradere Fisco post condemnationem, sed non antea. Sic Petrus Navarra supra. P. Sâ V. Theſaurus: quod & videtur probare P. Hurtadus loco citato referens, nec contradicens. Cardinalis Lugo Dissert. 6. de Iustitiâ num. 152. affirmat multos esse qui dicant non esse vsu receptas cum obligatione. Et ipse ait consideranda esse verba & consuetudinem. Vbi aliquis fortè addat etiam post condemnationem, si occultare possit, eò quod leges tales iuri gentium videantur derogare, juxta quod ad inuentorem pertinent, cum nullius sint aut factò aut iure. Alij obligare in conscientia sentiunt, quia bona ista domino carent, & ita ad publicam potestatem spectat de illis disponere: vnde qui per applicationem jus accipit, nequit sine iniuria illis priuari; & ita neque Fiscus, cui possunt propter vtilitatem publicam applicari. Sic plures, qui generaliter de legibus circa bona disponentibus id affirmant, eò quod dominia rerum maximè ex legum dispositione proueniant, ut diximus num. 44. & in speciali Bonacina, P. Rebellus, P. Fragolus supra. Aliter nonnulli, qui censent leges non esse æquitati conformes, quando ita applicent bona, ut domino eorum comparent, non sint illi restituenda, nisi de illis sint, quæ pro derelicto habentur. Ita Couarruias §. illo, De legibus. Quod & colligitur ex eorum sententiâ, qui dicunt, factâ compositione incertorum bonorum per Pontificem, semper remanere obligationem